



I. N. J. C.  
THESES  
PHILOSOPHICAS,

DIVINA GRATIA ET AUXILIO  
ASSISTENTE,  
AMPLISSIMO SENATU PHILOSOPHICO  
INDULGENTE,  
IN PERANTIOVA ACADEMIA ELECTORALI GERANA  
*Publica Doctorum consuetudine ad veritatis confirmationem no-  
stramque informationem*

Horà locoque consveto  
Die Concordiæ XVIII, scil. Februarij Anni MDCCI  
submittent

M. JOH. GEORG. JUST,  
PRÆSES,

& RESPONDENS

JOH. FRID. WANDERSLEBEN/  
Ollebio-Thuringus.

ERFORDIÆ

Excudebat JOH. HENR. GROSCH / Acad. Typogr.

25  
25

PHILOSOPHICAS

DIVINA GRATIA ET AUXILIO  
ASSISTENTE

AMPLISSIMO SENATU PHILOSOPHICO

IN FERANTHOVA ACADEMIA ELECTORALI GERANA

Die Concordia XVIII. Juli. Februario. Anni MDCCCL

M. JOH. GEORG. JUST.

PRESSES  
v. RESPONDENS

JOH. FRID. ~~Wunderleben~~

Ollbio-Thuringus.

ERORDINE

Exordiat JOH. HENR. GROSCH \ Acad. Typogr.

THESIS I.

**H**omo duabus tantum gaudet partibus essentialibus, materia scilicet & forma, seu corpore & anima. Non *ὡς ἐκ ἀπενελεπτολογείν* videbimur, hanc thesin non in compitis aut bivijis, sed in summorum Philosophorum trivijis natam esse, non multis ponderosissimis tamen Sophorum sententijs ratione & autoritate plenissimis si demonstrabimus. Inter *Φυσιολογούντας* seu Naturæ venatores autem Philosophorum Coryphæum audiamus Aristotelem l. i. c. VIII. differentem: *Φανερόν ἐστι γίνεσθαι ἀπὸν ἑκ τῶν ὑποκειμένων καὶ τῆς μορφῆς*. Et Jul. Pac. a Beriga verba hæc Aristotelis explicantem: Aristoteles declarat principia ipsarum rerum naturalium, quæ sunt duo, materia & forma, privatio namque non constituit rem naturalem. Extruit autem Aristoteles hunc Syllogismum: Ea, ex quibus principiis res fiunt & sunt non per accidens sed per se & secundum essentiam, ea (inquam) sunt ipsarum rerum causæ & principia. Atqui materia & forma talia sunt, E. Arguit deinde ab exemplo generationis accidentalis ad generationem essentialem, quia sicut homo Musicus constat ex homine tanquam materia &

A 2

Musico

Musico tanquam forma : ita etiam quælibet res naturalis constat ex sua materia & forma, ut animal ex corpore & anima. Nec deest ratio minoris Syllogismi allati, quam Beriga ex Aristotele sic probat: Ea, in quæ res resolvuntur, sunt ea, ex quibus res constat. Atqui res naturales in materiam & formam resolvuntur. E. res naturales ex materia & forma constant. Hos sequitur Franciscus d' Ovi-  
edo Controversi. V. de toto substanti: punct. 4. pag. 179. Phys. Compositionem essentialem, quam hucusque notavimus, in materiam & formam resolvimus, ex quibus confurgit. Autoritas totius Scholæ tantum cognovit compositionem essentialem ex materia & forma, recedere autem à sententia omnium Doctorum sine fundamento valde urgenti, nefas est. Ne vero iusto prolixiores simus vid. Scaliger passim, cum primis in exercit. 170. dist. 27. & 29. ubi modum ostendit, qua ratione materia & forma fiat unum. Idem firmissimis probant rationibus Sperling. Gruvius, Phys: Goth: Neander & alii quamplurimi. Nihilo tamen minus stante huius Theſeos veritate huc trahendum illud Homeri: *Ἄλλος γὰρ δ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρεται ἑγχοῖς* h. e. Namque aliis aliæ res arridentque placentque. Multæ siquidem aliàs scientiæ & gravitatis viri tres in homine ponunt partes essentielles, corpus, triplicem naturalem

lem Spiritum malum, & bonum Spiritum. Verba  
germanica hæc sunt: Und also ist leicht zube-  
greiffen / wie ein jeder Mensch aus drey  
Theilen / aus Leib / Seele (den natürlichen  
3-fachen bösen Geist) und Geist (dem guten  
Geist) bestehe. Sine omni igitur dubio in his ver-  
bis intelligi nequeunt partes hominis integrales; ha-  
rum enim plures quam tres in homine inveniri  
quavis concedit; sed essentielles, quarum constitu-  
tio non est moralis sed physica, & partes unum  
constituentes compositum non accidentales sed es-  
senciales esse possunt ac debent, ita ut deficiente una  
parte nullo modo possit dici compositum. Quan-  
do igitur tres statuunt partes essentielles unum com-  
positum constituentes, nulla pars abesse debet, un-  
de sic argumentor: Si non omnes partes essen-  
tiales hominem constituentes post mortem veni-  
unt ad Deum, sequitur, quod non totum compo-  
situm s. homo ad Deum veniat, posterius est fal-  
sum ergo & prius. Prius probo. Si Spiritus ille triplex  
naturalis malus post mortem unitur cum Spiritu  
aëreo, non totum compositum venit ad Deum  
sed tantum pars tertia. Antec edens confirmatur  
ex partis adversæ sententia: Der natürliche Geist  
vereinigt sich nach des Menschen Tode mit  
dem Licht- und Luft-Geist / der in dem Cen-  
tro

tro der Erden seine Residenz hat / und der  
Geist Gottes fährt wieder zu Gott / der  
ihn gegeben hat. Si tantum pars Deum acce-  
dit, pars illa potest abesse, si abesse potest, non est  
essentialis, Ergo tantum duæ sunt partes homi-  
nis essentielles, licet contra rationem & sine omni  
fundamento tres statuuntur. Deinde etiam juxta  
hanc sententiam duæ essent formæ essentielles & u-  
nica materia contra Canonem: Unius rei una est  
forma specifica. Ergo duæ tantum partes. Tandem,  
quod est accidentale, non potest esse essenziale, tri-  
plex ille malus Spiritus est accidentalis, Ergo non  
est essentialis. Consequentia Majoris est verissima,  
sequelam minoris sic probò: malus ille Spiritus aut  
est à Deo, & h. m. essentialis hominis pars, aut est  
à Diabolo & sic per accidens. A Diabolo non est  
Spiritus ille malus, quoniam hac ratione non esse  
potest essentialis pars hominis; non à Deo, hoc e-  
nim maximè blasphemum esset, quia à Deo nullum  
malum. vid. Scal. exercit. 307. dist. 27. p. 934. Ergo  
neque triplex ille malus Spiritus. Hinc concludo:  
Omnis, qui dicit malum Spiritum illum esse essen-  
tialem partem hominis, fingit Deum Mali causam.  
Ne vero lateat, quid intelligant per triplicem illum  
malum Spiritum, apponam verba: dieses sind die  
3. Furien nach denen Heydnischen Sabeln /  
nach



nach der Schrift aber die Welt / (der Geis)  
Belial (der Ehrgeis) und das Fleisch (die  
Wollust.)

TH. II.

*Non datur medium inter velle & nolle absolute  
& accurate loquenda.*

Communis quidem sententia est Moralistarum inter velle & nolle dari medium nempe ly non velle, quod tamen ob sequentes rationes pręgnantes ferre recusamus, quoniam ly non velle, quod per permittere explicatur, importat in Deo imperfectionem s. animum vitio perturbatum, quod tamen de Deo ut actu purissimo omnemque potentiam excludente dici nequit. Aut enim ly non velle in sensu negante sumitur, quod per neque velle neque nolle explicandum; aut in sensu ajente, quatenus actum denotat mixtum. Non in sensu negante; Nam sine maxima absurditate & impietate dici nequit: Deum non nolle malum. Non in sensu ajente, quoniam actus mixtus Deo non assignandus, alias sensus prodiret hic: Deus magis vult malum quam non vult. Ratio, quia omne voluntarium mixtum magis dicitur voluntarium quam involuntarium seu invitum. vid. Aristotelem, utrum actus mixti voluntarij magis quam involuntarij seu inviti sint nominandi, ambigentem. Obj. Omnes

omnes fermè Philolophi ac Theologi sic locuti sunt.  
Resp. cum Velchemio. Illos tam impiam intentionem ac sensum absurdum non fovisse. Interim, quomodo rationibus Philolophicis hæc locutio possit excusari, non video. Hoc nos dicimus: Melius tenentur quam locuti sunt.

TH. III.

*Summum Bonum minus accuratè describitur per operationem; consistit enim formaliter in adhesionè Dei vel ad Deum.*

TH. IV.

*Philosophia aliter describenda in via termini aliter in via doctrina.*

TH. V.

*Virtus non consistit formaliter in mediocritate.*



Ji 2149

ULB Halle 3  
002 410 087





sb.

Vs 18

VONA







25  
25

I. N. J. C.  
**THESES**  
**PHILOSOPHICAS,**  
 DIVINA GRATIA ET AUXILIO  
 ASSISTENTE,  
*AMPLISSIMO SENATU PHILOSOPHICO*  
 INDULGENTE,  
 IN PERANTIQUA ACADEMIA ELECTORALI GERANA  
*Publica Doctorum suorum ad veritatis confirmationem no-*  
*stramque informationem.*  
 Hora locoque consveto  
 Die Concordiæ XVIII. scil. Februarij Anni MDCCI  
 submittent  
**M. JOH. GEORG. JUST,**  
 PRÆSES,  
 & RESPONDENS  
**JOH. FRID. WANDERSLEBEN/**  
 Ollebio-Thuringus.  
 ERFORDIÆ  
 Excudebat JOH. HENR. GROSCH / Acad. Typogr.

